Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



ad romanos

doces te ipm nõ doces. Qui prae
dicas nõ furandũ furaris: qui
dicis nõ mechandũ mecharis. Qui
abhominaris idola: sacrilegium
facis. Qui in lege gloriaris: per
prauaricationem legis deũ inhonoras
Nomen enim dei p vos blasphematur
inter gentes: sicut scriptũ est. Circum
cisio quidem prodest si legem
obserues: si autem prauaricator legis
sis: circumcisio tua preputium facta
est. Si igitur iustitias iustificabile
gentes custodiat: nõne iustitias illius
in circumcisionem reputabitur. Et iudi
cabit id quod ex natura est preputium
legem consumans te qui per
litteram et circumcisionem prauaricator
legis es. Nõ enim qui in mani
festo iudeus est neque quae in mani
festo in carne est circumcisio: sed qui
in abscondito iudeus est. et circum
cisio cordis in spiritu nõ littera
cuius laus nõ ex hominibus sed ex
deo est deo est:

Quid ergo amplius est iu
deo: aut quae utilitas cir
cumcisionis: multum per omnem
modum. primum quidem: quia cre
dita sunt illis eloquia dei. Quid
enim si quidam illorum non crediderunt.
Numquid incredulitas illorum
fidem dei euacuabit. absit. est
autem deus verax: omnis autem ho
mo mendax. sicut scriptum est. ut iusti
ficeris in sermonibus tuis. et
vincas cum iudicaris. Si autem iniq
uitas nostra iustitiam dei commen
dat: quid dicemus. numquid iniq
us est deus: qui inferit iram.
Secundum hominem dico. absit. Alio
qui quomodo iudicabit deus hunc
mundum. Si enim veritas dei in me
mendacio habundauit in gloriam ipsius
quid adhuc et ego tanquam
peccator iudicor. et non sicut blas
phemamur. et sicut aiunt quidam
nos dicere faciamus mala ut
veniant bona. Quorum damna
tio iusta est. Quid ergo. precellimus
eos. Nequaquam. Causati enim
sumus iudeos et grecos omnes
sub peccato esse: sicut scriptum est. Quia
non est iustus quisquam: non est in
telligens: non est requirens deum
omnes declinauerunt simul inutiles
facti sunt: non est qui faciat bonum
non est usque ad vnum. Sepulchrum
patens est guttur eorum: linguis
suis dolose agebant venenum aspi
dum sub labris eorum. Quorum os ma
ledictione et amaritudine plenum
est: veloces pedes eorum ad effun
dendum sanguinem. Contritio et infe
licitas in viis eorum: et viam pacis
non cognouerunt. non est timor dei
ante oculos eorum. Scimus autem quia
quecumque lex loquitur his qui in
lege sunt loquitur: ut omne os ob
struatur et subditus fiat omnis mun
dus deo: quia ex operibus legis non
iustificabitur omnis caro coram illo
per legem enim cognitio peccati. Nunc
autem iustitia dei sine lege manifes
tata est: testificata a legis et pphe
tis. Iustitia autem dei per fidem ihu
xpi: in omnes et super omnes qui cre
dunt in eum. Non enim est distinctio. Om
nes enim peccauerunt: et egent
gloria dei. Iustificati gratis per
gratiam ipsius per redemptionem quae est
in christo ihu: quem proposuit deus per
propitiatorem per fidem in sanguine ipsius
ad ostensionem iustitiae suae propter
remissionem priorum delictorum in
sustentatione dei ad ostensionem iusti
tie eius in hoc tempore: ut sit
ipse iustus et iustificans eum qui
ex fide est iesu christi. Ubi est ergo
gloriatio tua. Exclusa est. per quam
legem. factorum. Non. sed per le
gem fidei. Arbitramur enim iustifi
cari hominem per fidem. sine ope
ribus legis. An iudeorum deus

precedentia